BANCO DE ESPAÑA
Eurosistema

BIBLIO
TECA

Colegio Mayor de San Ildefonso (Alcalá de Henares)

An Collegio Sancti Illephonsi Vniversitatis Complutensis competat manutentio in possessione quam habere praetendit, ut Abbas, & Capítulum Collegialis ecclesiae dicti loci, in die S. Eugenij ad vesperas ac die sequenti ad missam accedant capítulariter ad Cappellam dicti Collegij assistendi causa funeralibus ... Cardinalis Francisci Ximenez de Cisneros.

[S.l.] : [s.n.], [1641].

Vol. encuadernado con 24 obras

Signatura: FEV-AV-G-00017 (09)

La obra reproducida forma parte de la colección de la Biblioteca del Banco de España y ha sido escaneada dentro de su proyecto de digitalización

http://www.bde.es/bde/es/secciones/servicios/Profesionales/Biblioteca/Biblioteca.html

Aviso legal
Se permite la utilización total o parcial de esta copia digital para fines sin ánimo de lucro siempre y cuando se cite la fuente

✠

AN COLLEGIO

SANCTI ILLEPHONSI VNIVERſitatis Complutenſis competat manutentio in poſſeſſione, quam habere prætendit, vt Abbas, & Capitulum Collegialis Eccleſiæ dicti loci, in die S. Eugenij ad veſperas, ac die ſequenti ad Miſſam accedant capitulariter ad Cappellam dicti Collegij, aſsiſtendi cauſa funeralibus eminentiſsimi Cardinalis Franciſci Ximenez de Ciſneros.

1 VIDETVR priùs præmitendum, quod cùm eſſet lis, & controuerſia inter præfatum Collegium, & Capitulum, ſuper poſſeſſione proprietatis Eccleſiarum Parrochialium, vnitarum, & annexarũ Beneficio Curato locorũ de Pedreçuela, &, S. Auguſtini, venerunt pro modo pacis, & concordiæ, ad quaſdã capitulationes; inter quas adeſt vnum Capitulũ tenoris ſequẽtis.

2 *Item por quanto ſe ſolia hazer vn Aniuerſario ſolemne por el Reuerendiſſimo ſeñor Cardenal D. Francigco Ximenez, vnico fundador del dicho Collegio, el dia de S. Eugenio en la tarde a viſperas, è otro dia a la Miſſa, en cada vn año, en la Capilla del dicho Collegio, donde el dicho Cardenal eſta ſepultado, al qual dicho Aniuerſario iban los dichos ſeñores Abad, y Cabildo capitularmente, con capas de Coro, ſegun, y como las trae en la dicha Igleſia de S. Iuſte en el dicho tiempo, y por el dicho Aniuerſario el dicho Cabildo daua al dicho Abad, y Cabildo ſus diſtribuciones en cada vn año, ſegun entrambas partes ſe combenian en la dicha diuiſion, è anexion del dicho Cabildo de Pedrezuela, è Sna Agoſtin con las dichas tres quartas partes, primicias, y poſeſsiones, como dicho es que ſe anejan, y han de quedar con la dicha meſa capitular, la dicha meſa, lleba la mayor parte del dicho veneficio que el dicho Collegio; que los dichos ſeñores Abad, y Cabildo, ſean obligados cada vn año, en el dicho dia como dicho es de ir capitularmente al dicho Aniuerſario, e repartir entreſi de*

Banco de España. Biblioteca

ſu meſa capitular ſeys mil marauedis, por ſolos los q̃ en el dicho Aniuerſario eſtu bierem preſentes; è intereſſentes: los quales luego ſe pagen manuales, la mitad, a la Vigilia, e là otra mitad en la Miſſa de otro dia, è que el dicho Collegio non ſea obligado de les dar coſa alguna; para lo qual perpetuamente cumplir, y guardar los dichos ſeñores Abad, y Cabildo hagan al dicho Collegio vna eſcritura, donde ellos ſe obliguen, y anſi lo mandaron aſſentar en ſus libros de los Aniuerſarios.

3 In executionem huius Capitulationis præfati Abbas, & Capitulum pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus ſe obligarunt ſub infraſcripto tenore &c.

4 *Que en euento è caſo, que los dichos ſeñores Rector, y Collegiales o ſu Procurador en ſu nombre conſientan, è hagan todo lo contenido en la dicha Capitulaciion, ceden è renuncien, el derecho que tienen al dicho beneficio de Pedrezuela, è San Agoſtin en fauor del dicho Cabildo, y la dicha renunciacion ſea admitida, e las Bullas ſacadas, ellos eſtaran en el dicho Aniuerſario con abito de Capas de Coro, Capitularmẽte en cada vn año, y años, perpetuamente taliter que mientras eſtubieren en el dicho Collegio; è memoria con la Igleſia de San Iuſte, y Paſtor, no ſe digan otras algunas, ſe repartiran entre ſi, y por los intereſentes, y preſentes al dicho Aniuerſario de ſu meſa Capitular los dichos ſeis mil marauedis, los tres mil a las Viſperaes, y los tres mil a la Miſſa del dicho Aniuerſario manualmente, como en el dicho Capitulo ſe contiene, è no lo dejaran de anſi hazer, y cumplir por modo alguno, ni por alguna manera, ni pediran al dicho Collegio otro premio ni eſtipendio, ni dotacion alguna por el dicho Aniuerſario antes de ſu meſa Capitular: ſe mandaran pagar ſegun dicho es, e lo mandaran, è haran, è por la preſente lo mandan è quieren aſſentar en los libros, è manuales de ſus memorias, ſo pena, q̃ por cada vez, ò vezes, que dexaren de ir el dicho Aniuerſario, y pagar è repartir los dichos ſeis mil marauedis, como dicho es, è caya el dicho Cabildo en pena de los dichos ſeis mil marauedis è ſeã para el dicho Collegio, è ſu Procurador, è Maiordomo los pueda cobrar del dicho Cabildo como deuda liquida deuida.*

5 Stante hac ſcriptura prætendebat Capitulũ non poſſe cõpelli per dictũ Collegiũ ad accedendũ aſſiſtẽdi cauſa dicto Anniuerſario, neq; ad hunc effectũ poſſe cõcedi dicto Collegio mãdatũ de manutenẽdo: & fundabatur.

6 Primo, qia ante quã hic cõtractus celebraretur, quoties Capitulũ accedebat pro aſſiſtẽdo dicto Anniuerſario ſolebat Collegiũ de proprijs pecunijs diſtribuere Canonicis aſiſtẽtibus ſex mille marapetinos, & per hunc cõtractũ fuit conuẽtum, quòd dicta ſumma diſtribueretur de pecunijs eiuſdem menſæ Capitularis; vnde quemadmodum ante concordiam ſi Capitulum non accedebat, Collegiũ nõ tenebatur ei diſtribuere dictam ſummã, quaſi eſſet in eius libertate accedere, vel non accedere, ita hodie nõ accedendo, non lucrabitur hanc diſtributionẽ; & vti poterit eadem libertate, cum nil aliud geſtum fuerit per dictam concordiam, niſi, quod menſa Capitilaris pro tali acceſu ſolueret, quod antea per dictum Collegiũ ſoluebatur, ſicque

Banco de España. Biblioteca

itta 2. ſolutio dici deberet ſubrogata in locum primæ, cum eiſdem qualitatibus; l. ſicum §. qui iniuriarũ ff. ſi quis cautionibus: Barb. axiom. 213. per tot.

7 Secundo, quia quatenus conſideremus Eccleſiam, vel Capitulum debitorem acceſſus prætenſi per Collegium, habet Capitulum pro ſe aſſiſtentiam iuris, quod in obligatione generis ſubalterni dat debitori electionem, adeò vt ſit in eius arbitrio, vel aſiſtere, vel ſoluere dicto Collegio ſummam cõuetam in caſu non aſsiſtentiæ, l. plerunque 11, §. vlt. de iur. dot. l. non ſolum 1. §. 1. ff. de libert. leg. Bart. in l. Lucius 23. num. 2. ff de leg. 2. & in l. ſi duo 128 .num. 1. ff. de verb. oblig. idem in §. ſi quis agens, num. 5. inſtit. de actio Paul. in l. cù proponas, eod num. & ibi Iaſ. num. 6. idem in l. non vtique à num. 1. ff. de eo quod acert loc. Rebu. ff. in repert. c. Paſtoralis verſ. decimo, nota de cauſ. poſſ & propiet. Iaſ. in l. quæ ex pluri busnum. 1. ff. de verbor. obligat. Aſflict. deciſione 397. num. 4.

8 Tertiò, quia licet obligatio ſoluendi dictos ſex mile marapetir os procedat ex ſtipulatione pænali; tamen cum iſta ſtipulatio æquiualeat pænali obligationi, & tantum valeat pœna, quantum ipſa principalis obligatio, electio videtur ſpectare ad debitorem, qui quotiesvult ſoluere pænam ſorti coæqualem, liberatur ab ipſa ſorte quia ſoluendo pænam fingitur ſoluere ſortem, vt aduertit Bal. in l. 1. c. de his quæ pænæ nom col 7. num. 33. in fin. verſ. dic. quod nouatio l. obligationẽ 41. §. fin. ff. de actio. & obligat. l. ita ſtipulatus 115. ff. de verb. oblig. late omnes in l. ſi pacto, quo penam 14. c. de pract. ibi. Bart. Gregor. Lopez in l. 15. 16. 34. & 35. tit. 2. part. & Salas de legib. diſputat. 15 ſect. 1 cum alijs.

9 Quarto, quia attentis verbis inſtum. ibi; *ſo pena, que por cada vez, ò vezes, que dexaren de ir al dicho Aniuerſario, caya en pena de los dichos ſeis mil marauedis è ſean para el dicho Collegio: &c.* videtur quod iſta pæna ſucceſſit loco contractus, ac pro inde habeatur pro obſeruantia ipſius contractus, & liberet à qualibet contrauentione. Rot. Rom. deciſ. 15. part. 1. diuerſor; & deciſ. 660. num. 3. part. 2. recenciorum, & fuit dictum in vna Romana horti 27. Iunij 1607. coram Caualerio, quæ eſt deciſ. 7. num. 4. interim preſ. eiuſdem.

10 Quinto, quia ſtantibus præmiſſis ſcilicet, quod Capituluum poſſet excuſari ab acceſu ad dictum Anniuerſarium ſoluendo pœnam couuentam in caſu non acceſsionis, videtur quod iſta materia eſt merè facultatiua, in qua nõ acquiritur poſeſsio, nec datur manutentio, late Poſt. de manut. obſeru. 53. à num. 1. vſque ad 15.

11 Quibus adſtipulatur, quod not. Bart. in d. l. ita ſtipulatus ſub num. 29 ff. de verb. oblig. vbi quod, cum ſimul, & ſemel ſtipulor dari, et ſi non detur, ſtipulor pœnam, inſpicitur mens promitentis, quæ eſt vt ſi non det ſticum, pæna tamen petatur, nec inſpicitur vtrum ſit plus, vel minus, nam quod ſeorum ſolueret in ſua poteſtate videtur reſeruaſſe.

12 Pro parte vero Collegij, à quo prætendebatur mandatum de manu tenendo, conſiderabatur; quod tempore motæ litis, & per multum tempus antea

reperiebatur in poſſeſsione conuocandi dictum Capitulum ad aſsiſtendum prædicto Annuerſario, & propterea in ea debebat manuteneri. §. retinendæ, & ibi Ioan. Fab. num. 56. inſtit. de interd. late Poſth. dicto tract. de manut. obſer. 15. à num. 1. vſque ad 15. & in terminis conuocādi in funere Sacerdotes obſer. 10. num. 35. Rot. in *Romana* funeralium coram Coccino, quæ poſt dictum tract. Poſt. eſt deciſio 148. num. 11. & 12.

13 Reſtabat ſolum videre, an dicto Collegio obſtaret titulus ex hibitus ex quo videbatur reſultare obligatio facultatiua pro Capitulo, vt ſcilicet, vel accederet ad Anniuerſariū, vel ſolueret pœnā ſex millium marapetinorū, ſicque ex dicto actu facultatiuo non poſſe prætendi manutētionē vt ſupra dicebamus.

14 Verum viſum fuit dictum titulum non obſtare Collegio. Primo, quia inſtrumentum productum non cōtinet propriè alternatiuam, quæ det electionem Capitulo: vel accedendi ad Anniuerſarium, vel ſoluendi pœnam in caſu non acceſsionis; ſed continet quandam ſubordinationē, vel ſubrogationē loco rei principaliter in obligatione venientis; & in defectum illius, quo caſu electio, vt adimpleatur principalis obligatio, vel vt ſoluatur pœna in caſu non implementi ſubrogata, debet eſſe Collegij creditoris. Mōter deciſ. Aragon. 48. num. 24. & 25. cum alijs, quos refert ac ſequitur Gratian. diſcept. for. c. 338. num. 2. & 15.

15 Secundo quia illa conuentio pœnalis incipit à præcedenti obligatione de accedendo ad dictū Anniuerſarium ſtipulata purè, & ſimpliciter, & ideo dicta ſtipulatio pœnæ dicitur conditionalis, vt ſcilicet eatenùs ſoluatur; quatenùs non fiat acceſſus, ſicque promiſsio pœnæ non fuit in obligatione; ſed in conditione, quo caſu iſta non dicitur alternatiua promiſsio, vt not. gloſ. & Bart. in l. ita ſtipulatus de ver. obligat. & in l. 1. §. item, & ſi ita ff. ad l. falc.

16 Et quæ ſunt in conditione non ſunt in obligatione l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. l. cedere diem ff. de verb. ſignif. Afflict. dec. 397. num. 2. & 1.

17 Et conſequenter, cum dicta conditionalis ſtipulatio non inducat obligationem ideò tenetur capitulum principaliter ſoluere, quod in pœnali obligatione deductum fuit, ſicque electio erit ipſius Collegij, ad cuius fauorem facta fuit promiſsio. Bar. in l. ſi conuenerit alias in l. quamuis in princ. ff. de pignorat. act. vbi, quod ſi promiſiſti creditori in paſchate ſoluere centum, vel dare pignus, quia iſta verba in fauorem creditoris apponuntur, poterit creditor pignus recuſare, & centum petere, ne alias quod in eius fauorem factum fuit in eius odium retorqueatur contra tex. l. in quod fauore C. de legibus decius cum alijs quos refert conſ. 12. ſub. num. 2. lib. 1. Caſſan. conſuet. Burg. tit. es lieux, Oulon à accoſtumè, §. 21. in addit verb. au Choiz de ladite femme num. 1. Menochi con 547. n. 4. lib. 6. Surd conſ. 98. n. 2. & ſeq. l. 1.

18 Et licèt poſſet replicari, quod euenienti conditione per renuentiam acceſſus ad dictum Anniuerſarium, cenſeatur vtrumque eſſe in obligatione; ad-

huc

Banco de España. Biblioteca

hic tamen reſpondetur quod per hoc nõ ſequitur, quod electio non ſit ipſius Collegij creditoris, maximè cum contractus proceſſerit ex cauſa oneroſa, vt infra dicetur: quo caſu non cenſetur facta nouatio per ſubſequentem ſtipulationem pænalem. Bart. & Doct. in d.l. ita ſtipulatus, ff. de ver. oblig. per l. prædict. ff. de acti empti, & l. ſiquis à ſocio; & l. ſi duo ſocietatem, ff. pro ſoc. Afflict. dec. 397. num. 3. Dec. conſ. 12. ſub num, 3. ibi, *& per talem promiſsionem pænæ non videtur facta nouatio* lib. 1. vbi per totum abundanter de hac materia Petr. Beninten deciſ. canon 16. num. 6.

19 Quando enim contractus habet duas obligationes, ſed vna eſt appoſita per modum ſubrogationis ad alteram, & vtraque eſt commiſſa, tunc electio ſemper ſpectat ad creditorem Affl. decis. 397. n. 3. verſ. item allegabatur.

20 Etenim hæc obligatio pænalis ſemper cenſetur appoſita ad maiorem cautelam creditoris, vt aduertit Afflict. loco ſupra c. cit. num. 6. Menoch lib. 6. conſ. 547 n. 4. vbi quod iſta eſt magis Doct. recepta ſentẽtia Surd. d. conſ. 98. num. 3. & ſeq. lib. 1.

21 Et quando pæna impoſita tendit ad fauorẽ alterius ita demũ executioni mandatur, ſi ille velit Claud. in l. ſi filius §. quod autẽ prætor in 1. col. ff. quod quiſque iur, quem refert ad hoc propoſitum Pet. Beninten dec. Can. 37. n. 4.

22 Tertiò, hoc indubitanter procedit, quia obligatio dicti Capituli fuit facta ex cauſa oneroſa, nempè quia Collegiũ ceſsit, & renunciauit ad fauorem dicti Capituli ius quod habebat ad beneficium nuncupat de Petreçuela, è S. Agoſtin, quo caſu ex ſubſequenti ſtipulatione pænali nunquã cenſetur facta nouatio principalis obligationis quidquid ſecus eſſet in obligatione ex cauſa lucratiua, vt poſt multas oppoſitiones tandẽ diſtinguẽdo cõcludit Bart in præalleg. l. ita ſtipulatus ſub n. 32. ff. de verb. obligat. & hanc eamdẽ opinionẽ ſequitur ibi etiã Alex. poſt plures alios, quos ibi refert col. ante penul verſ. item octaua eſt opinio Dec. d. conſ. 12. ſub n. 3. verſ Aut inſurgit, lib. 1. qui alegat. l. prædia ff. de act. empt. Afflict. d. deciſ. 397. n. 3. qui vltra dictam l. prædia allegat etiã l. ſi quis à ſocio, & l. ſi duo ſocietatem ff. pro ſoc per nos ſuperius allegatas.

23 Quartò, corroboratur ex poſſeſsione immemorabili, quã habet Collegium, vt iſti Canonici accedãt capitulariter ad dictũ Anniuerſariũ, quã ſufficiẽter, probant teſſes Collegij deponentes de uiſu per ſpaciũ 40. & 50. annorũ, & pro anteriori tẽpore de auditu à ſuis maiorib⁹, & ſenioribus quodq; de hoc fuit, & eſt publica vox, & fama iuxta notata per Greg. XV. deciſ. 196. n. 1. & ibi Add. n. 3

24 Nec dicatur, iſtã immemorabilẽ excludi per ex hibitionenẽ tituli nẽp è concordiæ inter partes ſuper hac obligatione accedendi ad dictũ Anniuerſarium initæ de anno 1523. ſicque quod cum de certo conſtet initio ceſſet immemorabilis Greg. XV. deciſ. 467. num. 6.

25 Ham reſpondetur, quod acceſſus Cap. ad dictũ Anniuerſarium non habuit principium a dicto cõtractu, quia ex illo conſtat, quod ſolebant Canonici accedere ad dictũ Anniuerſariũ etiã ante cõcordiã vt ibi: *al qual dicho Anniuerſario iban los dichos ſeñores Abad y Cauildo capitularmente con capas de Coro; ſe-*

gun, y como las traen en la dicha Igleſia de S. Iuſte. Et circa acceſſum huiuſmodi per dictam concordiam nihil fuit innouatum, ſed tantũ actum, vt ſex mille marapetini, qui ſolebãt diſtribui Canonicis de pecunijs Collegij, ſoluerentur in futurum de pecunijs ipſius menſæ Capitularis vt ex eius lectura patet.

26 Vel quatenus poſſet quo quomodo reddi turbida dicta immemorabilis, cũ tamen adſit probatio huius poſſeſsionis vltra metã centũ annorũ videtur talis poſſeſsio aùt maioris, aùt certè nõ minoris efficaciæ, cum probatio immemorabilis longè ſit debilior Seraph. deciſ. 1141. num. 10.

27 Vel ſaltem denegari non poſſet, quin tam antiqua obſeruantia fuerit optima interpres voluntatis contrahẽtiũ ad l. ſi de interpretatione, & l. de quibus ff. de leg. & aduertit Rot. coram Greg. XV. dec. 502. n. 10. & 511. num. 8.

28 Et ex ea videretur etiam inducta præſumptio aduerſus actus facultatiuos, quos prætendit habere dictum Capitulum circa acceſſum ad dictũ Anniuerſarium: nam obſeruantia plurium annorum ſufficit ad declarandum materiã non eſſe facultatiuã Ripa in cap. cum Eccleſia num. 55. de cauſ. poſſ. Cæſ. de Graſ. deciſ. 1. n. 3. eod. tit. Seraph. deciſ. 212. n. 2. & deciſ. 323. num. 4.

29 Multo magis vbi prout in caſu, iſto, obſeruantia fuit quadragenaria imò centenaria, & vltra, quia toties multiplicata gratia nõ eſt præſumẽda, vt dicit Rota deciſ. 397. n. 3. p. 2. recent. Adden ad deciſ. Greg. 162. ſub n. 15. ad fin.

30 Quod maxime procedit fauore piæ cauſæ, & vbi agitur de non priuãdo animã Defunti ſuffragio, quod per aſsiſtentiam dictorum Canonicorum huiuſmodi Anniuerſario recipere ſolebat: faciunt notata per Ioan Gutier. canon. quæſt. lib. 2. q. 21. num 144. Rici in praxi Archiepiſc. deciſ. 732 Surd. conſ. 69. num. 10. & conſ. 62. num. 18. & conſ. 254 num. 8.

31 Et hinc venit, quod vbi agitur fauore piæ cauſæ nunquam actus præſumuntur facultatiui. Poſt. de manut. obſ. 53 n. 27. Adden. ad Gregor XV. deciſ. 162. ſub num. 15. in fine.

32 Non obſtant fundamenta pro contraria parte allegata: nam.

33 Ad primum reſpondetur non percipi ex concordia, quod antequàm ea contraheretur, dicti Canonici accederent pro eorum libito ad dictum Anniuerſarium, cum, vt dictum eſt, fauore piæ cauſæ non præſumatur actus facultatiuus, & multo minus, vbi pietas exercetur in publicis functionibus. Poſt. de manut. dicta obſer. 53. num. 17. & 27.

34 Neque talis facultas Capituli ſuaderi poteſt ex verbis enunciatiuis dictæ concordiæ, in quantum dicit, quod diſtributio ſex mille marapetinorum, fiebat inter Canonicos præſẽtes, & intereſſẽtes, & exindè ſumi argumẽtũ; quod erat in eorũ facultate, & libertate præſtandi, vel non præſtandi aſsiſtentiam.

35 Tum quia cum per acceſſum tanti tẽporis fuerit ius, quæſitum piæ cauſæ, vt dicebamus, non fuit poſteà in facultate Capituli priuare animam defuncti iure quæſito pro ſuffragio animæ ſuæ; ad notata per Ioan. Gutier. canonic. quæſt. lib. 2. quæſt. 21. n. 144 maxime cũ poſſet conſiderari aliqualis obligatio Canonicorum in animam Eminentiſsimi Cardinalis Ximenez, qui Canonicatus, & introitus dictæ Collegiatæ tã munificẽtèr ampliauit, & Ca-

nonici

Banco de España. Biblioteca

nonici comedunt, ex redditibus eidem Collegiatæ per dictum Cardinalē aſsignatis, tum etiam quia illa verba, *præſentes, & intereſſentes*; de quibus etiam in decreto Concilij Trid. ſeſſ. 24 de reformat. c. 12. non debent intelligi, vt omnes poſsint abeſſe prout, dicitur de Canonicis non intereſſentibus horis diuinis, qui non lucrantur diſtributiones quotidianas, & tamē hoc prætextu non poſſent omnes abeſſe, & Eccleſiā inofficiatam derelinquere, per ea, quæ latè tradit Bar. de canon & dig. c. 34. per tot. & c. 36. num. 16.

36 Tum denique quia prætenſa facultas, & libertas poſſet quidem cōſiderari reſpectu vnius Canonici ad alterum, vt ſcilicet portio abſentis accreſcat intereſſenti; nō autē reſpectu totius corporis Capituli ad Collegiū, in cuius fauorē aderat obligatio Capituli accedendi ad Anniuerſarium, ex ſuperius dictis.

37 Ad ſecundùm reſpōdetur, quod non ſumus propriè in obligatione generis ſubalterni, ſed in ſtipulatione pænali ſubrogata in locum rei principaliter in obligationem deductæ, & in fauorem, ac maiorem cautelam Collegij, quo caſu ad ipſum ſpectat electio, vt ſcilicet vel, principalis obligatio ad impleatur, vel ſoluatur pœna, vt latè ſupra demonſtrauimus num. 14. & ſeq.

38 Ad tertium reſpondetur, vt debitor in tantum liberetur ſoluendo pœnam in quantum creditor vult, & conſentit cū illa, vt dicebamus, fuerit appoſita ad maiorem cautelam, & fauorem Collegij Bal. in l. ſi pacto, quo pœnam 14. ſub num. 4. verſ. quædā eſt quaſi nouatio. C. de pact. vel reſpondetur, vt, quod ibi dicitur procedat, quando præceſsit obligatio principalis ex cauſa lucratiua, non autē vbi prout hic præceſsit ex cauſa onerosa, nam tunc nunquā per ſtipulationem pœnalē cenſetur nouata principalis obligatio, vt demonſtrauimus per doctrinam Bar. Afflict. Dec. Surd. & aliorum ſupra num. 21.

39 Ad quartùm, reſpōdetur, vt ad proximū, quod ſcilicet pœna tunc ſuccedat loco contractus; quando creditor, ad cuius cautelam, & fauorem fuit appoſita vult potius exigere pœnam, quàm rē principaliter in obligationē deductam, cū hoc ſit in eius electione vt ſupra fundauimus, & Rota in præfata deciſ. 660. n. 3. p. 2. recen. allegat. l. obligationū ferè, §. fin. ff de obligat. & alia iura, quæ habent locum tantum in contractibus vltimæ voluntatis, vel factis ex cauſa lucratiua, non autē procedunt in contractibus factis ex cauſa onerosa: ità reſpondet Bart. in d. l. ità ſtipulatus col. 12. ſub. n. 27. verſ. vnde videamus ſeptimam opin. Dec. d. conſ. 12. ſub. n. 3. verſ. ſupereſt modo reſpondere &c.

40 Vltra quod d. deciſ. 660. n. 3. p. 2. recent. & d. deciſ. 7. n. 3. corā Caualer. procedunt in ſtatuto pœnali imponente obſeruantiam illius, aut pœnam alternatiuè qui non eſt caſus noſter; Vel locum habent, quādo ſtatutū dirigit verba in delinquentē, quo caſu illius eſt electio, vt latè per Barb. in Collet. ad reg. in altenatiu is n. 21. & ſeq. de reg. iur. in 6. vel denique ſtatuta, de quibus in dictis deciſ. non imponunt præciſam neceſsitatem ad illorum obſeruantiam, ſed imò videntur contēta in pœna, vt videre eſt in dicta deciſ. 660. num 4. vbi dicitur ſtatuorum ilud propriè incitatorium tantum, non autem præciſe co actiuum, & d. deciſ. 7. Caualer. cod n. 4. expræſē dicitur, quod ſtatum illud non imponit neceſitatem ad illius obſeruantiā niſi in certo caſu,

ex

ex quo colligitur eſſe pariformiter inuitatorium, & non obligatorium, vnde cum non ſit præciſe obſeruabile ſufficit pœnam ſtatutariam ſoluere.

41 Ad Quintum, reſponſio patet ex deductis ſupr. n. 14. vſque ad 29. ad excludendum, quod iſta ſit materia facultatiua.

42 Ad ſextũ, & vltimum aptatur eadem reſponſio, quæ fuit data ad tertium, & quartum fundamentum; vt ſcilicet, procedat tantum in contractibus factis ex cauſa lucratiua, non autem in factis ex cauſa onerosa, vt hic, de quo agitur.

43 Et in omnem, caſum pro reſponſione ad omnia prædicta fundamẽta partis aduerſæ, & pro maiori corroboratione adductorũ pro parte Collegij ſolũ ſufficit, ponderare, quod ex verbis eiuſdem contractus apparet; ſtipulationẽ pœnalem fuiſſe collatam in arbitrium ipſius Collegij vt ibi: *el ſu Procurador è Maiordomo los pueda cobrar del dicho Cabildo como deuda liquida deuida*; cum illud verbũ, *pueda*, importet voluntatem, arbitrium, & facultatem, non autẽ neceſsitatem. Gloſ. in l. ſæpè audiui à Cæſare de offic. Præſid. Bart. in l. Gall. in princ. num. 4. & ſeq. ff. de liber & Poſth. Ruin. conſ. 69. num. 12. & conſ. 88. num. 4. vol. 1. Gomet. de contract. c. 11. num. 39. in fin. late Surd. conſ. 98. à num. 1. vſque ad 7. lib. 1.

44 Vel etiam reſponderi poſſet, quod non valet hodie Capitulum ad probandum libertatem accedendi ad dictũ Anniuerſarium, vel ſoluẽdi pœnam pro libito ſuæ volũtatis iuuari dicto in ſtrumẽto concordiæ, quod ſemper impugnauit, ac de falſo ciuiliter redarguit, ad notata pertex. in l. legatum ff. de his, quibꝰ vt in dign. Aym. de Antiquit. tempor par. 1. § viſo, de verb. enunciatiuis n. 55. Gratian diſcept. for. c. 282. n. 33. & c. 287. num. 19. & 20.

45 Et conſequẽter dicto inſtrumẽto è medio ſublato, remanet pura poſſeſsio pro Collegio, in qua eſt manutenendũ, abſq; eo, quod in ea conſiderari poſſit, actus facultatiuus, qui excluditur; vbi agitur fauore piæ cauſæ, vt ſupra dicebamus num. 27. 28. & 30.

46 Quibus pro corollario addi poteſt, quod cum ad honorandum dictũ Anniuerſariũ accedere ſoleant omnes Religiones Cõplutenſes, vt probãt teſtes, viderentur digni magnæ ingratitudinis nota dicti Canonici, ſi hoc facere recuſarent erga dictum Eminẽtiſſimũ Cardinalẽ eorũ Collegiatæ ampliatorẽ, & à quo tã magna benefitia receperunt, cũ honorem ei debeamꝰ, à quo benefiiũ recepimus, ad l. fin. C. de reuocarid donat. & trad. per DD. in c. propter, de donat. piè, & eleganter D. Bernard. de contemp. mund. Serm. 2.

47 Vel ſaltem vbi hæc materia poſſet recipere aliquam difficultatem ex ſupra deductis, cum, tamen hodiè ſimus in ſummarijſsimo poſſeſſorio, vbi ſola poſſeſsio inſpicitur. cetæra requirentia altiorẽ indaginẽ ſunt reicienda ad petitoriũ ſeù poſſeſſoriũ ordinariũ, attenta ſuſpenſione petitorij ac ordinarij poſſeſſorij. Rot. deciſ. 135, in fin. par. 1. recen. & in Romana hæreditatis de Cincijs coram Pirouano, quæ poſt tract. Poſth. de manut. eſt dec. 137 n. 5. Rot. diuerſ. deciſ. 64. n. 5. par. 2. idem Poſth obſer. 24. n. 45. & ſeq.

Et ita fuit iudicatum ſub die 6. Maij, 1641.

Banco de España. Biblioteca